

Propositiones, quae habent^r in Laminis Granaticibus spectantes ad dogma diuidentis
 in proximam futuram Congregationem. = Ista fuit 2^a Congregatio die 14 february 1684; nam 1^a
 quae fuit die 12 Octobris 1680 terminata fuit in Revisione Laminarum Originalium. =

1^a Propositio.

In Missa S. Iacobi Laminam 3^{am} ita legimus: Sacerdos accipiat Vas mundum ex auro, aut
 argento, aut aere, aut Vitro, aut plumbo, aut lapide, aut ossi, aut Argilla, q^d Vas accipiat sex
 uncias aquae: Deinde accipiat fructus placentis ex farina frumenti pura Azyma, praequam
 conuenit alia ad hanc rem: et ponat illud ante Vas praedictum in alio Vase expanso, et po-
 nat de aqua pura in Vas; Vas illud primum circa duas uncias aut plus: deinde ponat os-
 suum super illud, et dicat: Hic est Sanguis meus. Deinde ponat placentis in eodem Vase con-
 cinam in frustula, et operiat illud Vase altero (nempe patena) tunc accipiat Cochlear mundum,
 et Comedat omne, quod est in Vase, ipse, et omnes. Seruus confessus puritate propositi ad hanc
 susceptionem: Deinde potest se ipsum, et illos Modica aqua: tum ponit aliam aquam in Vase
 praedicto, et bibat illam, ita ut non remaneat in eo quidquam.

Hic est legitima interpretatio, nam pro illius Verbi de aqua pura Nescio quis dixerit de
 aqua ad purum, vel ad merum est mera distortio, et contra omnes Arabicas linguae Regulas, ut
 Arabes ipsi fatent^r; et ex ipso Contextu Sermonis manifeste patet hic tantum aquam puram
 pro Materia Sanguinis in Missa assignari, quae fuit Aegyptii Hydoparactary. =

2^a Propositio.

In omnibus Laminarum Libris, ac fere omnibus paginis Christus perpetuo Vocatur Spi-
 ritus Dei, numquam Filius Dei; etiam ubi allegantur Verba Euangelistary, in quibus appella-
 tur Filius Dei, ibi enim Laminae semper habent Spiritum Dei: et in lib. Sententiary Laminam
 2^{am} habetur Deum Spirare illum in Mariam, et negant esse filium Dei. =

3^a Prop.

In lib. Colloquij et Magnorum Misteriorum, et alibi expresse habetur: animas ~~Sanctorum~~
 Sanctorum non esse ingressuras Paradysum, nec Visuras Manifeste faciem Dei, nisi post diem
 Iudicii: eodem quomodo ibidem habetur animas peccatorum non esse ingressuras Regnam, ne-
 que gustaturas ignem illius, nisi post eundem diem Iudicii; quia qui semel ingreditur Parady-
 sum, s. Regnam, non potest amplius inde exire, et ita animae non possunt ingredi, et Venire
 ad diem Iudicii. =

4^a Propositio.

In lib. Colloquij in vita S. Iacobi, et alibi habetur Veritatem, et spiritum Euangelij hoc tempore
 ignorari, nec cognoscendam, aut Reuelandam esse eandem Veritatem Vili Creatur nisi prope
 finem mundi in Concilio quodam Generali celebrando in Insula Cipri ope Arabum: Vbi
 Doctor quidam Arabs cum alijs Doctoribus explicabunt librum illum Laminarum Characte-
 ris adhuc ignoti, quem hic Romae habemus, et in quo continetur praedicta Veritas Euangelij
 descripta manu B^eat^e Virginis, et in historia Euangelij legitur: Unicuique Vei est Spiritus suus:
 Spiritus tabularum, quas Deus dedit Moysi in Sinu est Euangelium gloriosum, et Spiritus Euange-
 lij gloriosus est hic libellus Veritatis, ita ut sicut se habet pentateuchus ad Euangelium
 habeat Euangelium ad librum hunc Veritatis. =

Hanc eandem gradationem faciunt Mahumetani respectu pentateuchi Evangelij, et Alcorani, ita ut unus sit Umbra, et Figura respectu alterius. Illic pertinere potest id, quod habetur in Vita Christi, Vbi petente Moyse à Deo, quæ futura esset excellentia, Respondit Deus: o Moyse. Excellentia eius super te erit, sicut excellentia tua super gentem tuam, et super Prophetas = Magna est hęc Christi iniuria. =

1^a Propositio.

In lib. Colloquij Lamina 8. et alibi docent Laming Paradysum terrestre esse Similitudinem ac parabolam, quæ fuit Agrestis Seleuzianorum; sed re verâ Paradysum, in quo positus fuit Adam, et à Demone tentatus, et ex quo propter peccatum eiectus in terram descendit, esse Paradysum Celestem, in quo videbitur Deus à Sancti post diem iudicij. = Hoc etiam indicant Verba illa eiusdem Colloquij Lamina 9. si non accessisset Adam tentationi, perpetuo vixisset in Paradiso, sed non accepisset gradus alterius Vitæ, et premia, quæ accipiet ipse, et progenies eius bona per ablationem Velamini post diem iudicij, et perennitatem in Paradiso. quæ Verba continent etiam errorem illum. Beati non vident esse Deum ablato Velamine in Paradiso nisi post diem iudicij: hæc omnia sunt ex Theologia Mahumetana. =

Propositiones ad Dogma spectantes, quæ in Laminis Pranotariis Reperiuntur in proximâ Congregatione discutende. Hęc Congregatio habita fuit die 15 Aprilis 1681. =

1^a Propositio.

Paradysus terrestris similitudo fuit, ac parabola, Verâ autem Paradysus ille, in quo positus fuit Adam, et à Demone tentatus peccavit, et propterea inde eiectus descendit in terram, citus est in Glo, et est ille idem, in quo videbitur Deus à Sancti post diem iudicij. in lib. Colloquij Lamina 8, et alibi. =

2^a Propositio.

Christus Reversurus est in mundum ante diem iudicij cum lege sua clara, et laudata, seu gloriosa, et post hunc Christi Reditum Venturus est Ante Christus; et deinde Sol Orietur ab Occidente præpostero Cursu in Orientem, quod erit Ultimum signum supremi iudicij. in lib. de donis. Lam 15, et alibi. =

3^a Propositio.

Deus semper punit per Angelos malos, nunquam per bonos. Afferuntur pro prima parte propositionis exemplum gentis Lot, et Gentis Sora. = pro Secunda vero exemplum Angeli Missi ad eundem Lot, ut deduceret eum à Gente sua; et legationis ad Prophetam Dei David, ut Rediret ad penitentiam. = In lib. de Ang. Lam 10. =

4^a Propositio.

Deus posuit gradus Angelorum in Novem Ordines semper interesse excellentiores à Glo Lunæ usque ad thronum suum, et super hos novem Ordines est alius Ordo Angelorum, qui dicuntur Arabice, Almocharrabinia, id est, approximati. = ibide Lam 5. =

5^a Propositio.

In Regna ad torquendos damnatos posuit Deus Angelos bonos, qui licet in eâ semper commorentur, nullam tamen penam experiuntur, imò magna felicitate. Ratio est; quia non potest Convertere torquere alios, qui in se penam aliquam, experiuntur. = ibide Lam 12. =

64
6^a Propositio.

Sacramentum penitentiae in casu necessitatis administrari potest à quibuscumque Servis Dei fidelibus. In Cathedra maiori Sam. 8. =

Que in Samini Granatensibus spectant ad Sacram, et Ecclesiasticam Historiam discutienda in proxima Congregatione, quae fuit die 20 Septembris 1681. =

1^a Propositio.

In Vita Christi B^a Virgo praeter ea, quae habentur in Evangelio dixit Gabrieli filium sibi annuntiantem, da mihi regnum ad istud. =

2^a Propositio.

Ibidem cum Ioseph vidisset serum natum dixit: non de inam testificari sexum virilem eius: posuit autem serus manum suam sinistram super pudenda sua, et dextera prohibuit manum Ioseph Reverenter, ne delegeret eum, et ille cessavit ab illo proposito. =

3^a Propositio.

Gabriel scripsit in scapulis serui infanti cura luce splendenti: Non Deus, ni Deus: Spiritus Dei Verax fidelis. =

4^a Propositio.

S. Ioannes Bapt^a et serus dicuntur filij Matert^{is}, quorum scilicet Matres sunt Sorores Germanae. =

5^a Propositio.

Christus elegit 1^o septuaginta discipulos, ex quibus anteposuit duo decim, quos nominavit Apostolos, et deinde complevit numerum septuaginta addendo duos. =

6^a Propositio.

Quoties in Evangelio Christus dicitur filius Dei, in Vita Christi mutatur spiritus Dei, et in eadem Vita nunquam serus nominatur Christus. =

7^a Propositio.

Ibidem tota passio Christi tribuitur auidam figurato in Scriptura, nec in ea nunquam nominatur serus, neque Christus: ita enim legitur post aduentum Iude, et Ministrorum: et comprehenderunt Ministri figuratum in Scriptura, et tulerunt eum ad Iudicem: absolutam autem narrationem de passione, statim subditur: apparuit autem gloriosus Dominus nostris serus Apostolis. =

8^a Propositio.

In eadem Vita Christi in fine, et inde: planchus Petrus Apostolus ita legitur de S^o Petro post negationem Christi, fleuit adeo vehementer, ut fluere lacrymalia oculorum eius, et lacerarent carnes vultus eius, et adhereret pelli eius onibus obsequium, nec cessavit die, ac nocte à recordatione Dei (petrus veniam peccati sui) et perseveravit in hoc planctu, et oratione septem annis, et tribus mensibus in spelunca, et cum compleret terminum huius temporis, cum quadam nocte fletu oraret, audiuit vocem dicentem: o Petre purgaverunt opera (vertendum erat agredere ad opus) iam remissum est tibi peccatum tuum: tunc autem gratias egit pro tali beneficio. =

2^a Propositio

In 2^a parte Vitæ S. Jacobi habemus. = S. Jacobum cum septem discipulis, 1^o Samaritanis predicasse, eosque ab Idololorum cultu auertere studuisse, quasi eo tempore Samaritani euent Idolatraz, et unum tantum ex eis spatio quingue annorum, et septem mensium conuertere potuisse, quam obrem predixerat illi B. Virgo ipsum predicaturum populis durioribus quam euent Hispani; Verum hoc ibidem habetur Samaritanis ad predicationem Jacobi plurimos credidisse, et Martires obijisse. =

1^o Propositio

In prima parte Vitæ S. Jacobi habemus S. Jacobum statim post aduentum spiritus S. in Hispaniam cum sex discipulis ex Suda adductis profectum fuisse, ibique per quingue annos, et tres menses commoratum, denique illis Idolatriis predicasse, et nullum nisi unum tantum Eldarium Arabem, qui antea Enlmgaria vocabatur ad fidem conuertere; hunc uero septimum discipulum is addidisse, cum quibus reuertitur in Sudeam attulit mori B. Virginii, qui consequenter evenisse conuenitur anno quinto expleto, et sexto incepto ab aycensu Christi, et eodem tempore ponitur diuisio Apostolorum per Orbem. =

11^a propositio

Post predicationem factam Samaritanis reddidit S. Jacobus in Sudeam, cum qui ibi fidem Christi predi-
cavit in Urbe Jerusalem, nuntiatum est de eo Abiatar Rabinio Maximo, qui decreuit perdere eum, et
cum quadam die ingressus fuisset Jacobus in templum, et cepisset predicare, adduci fecit Abiatar ad Congre-
gationem legis, necnon et ipse adduxit se ad congregationem eorum; Consultauerunt ergo eprimet Nego-
tium cum Moysargene Doctore doctissimo mirabilis intelligenti, Porphiri perspicacissimo in Sacris, et Vere-
runt ad locum disputationis, necnon et congregatio templi simul. Postea deprecuerunt negotium inter se, et ampu-
tauerunt Manum Jacobi dexteram, et flagellauerunt eum horribiliter, et eruerunt Oculum eius dexterum, et ita
eiecerunt eum cum suis discipulis, cum quibus reuertitur in Hispaniam, et perueniunt ad Callidum in litore Maris
Occidentis mortuus est, et in antro Montis iuxta Oceanum Sepultus est. =

12^a Propositio

Tres discipuli Jacobi Ciriacus, Cecilus, ac Theophilus Martires Coronati sunt anno 2^o Neronij in loco Illigitano, ibique Sepulti. =

13^a Propositio

Inclutoria Sigilli Salomonis, quam narrauit Apostolus B. Virgo, que etiam idem sigillum ad suas subscriptiones
adhibeat, et plurima mysteria continere affirmavit; habemus Salomonem aliquot annis spoliatum fuisse Regno,
et errorem vagatum fuisse, sedente interim in throno eius Demone corporea figura induto, hoc autem ei evenit,
quia anulum, seu sigillum suum, in quo sita erat stabilitas Regni sui tradiderat Crating Coniubini sui, ubi
Sigillum in Ventre picej inuenit, Regnum recuperavit. =

Examinanda sunt in proxima Congregatione, que erit die Sabati 18 Octobris 1681, hęc,
que habentur in Vita Christi circa Ordinem passionis eius, et alia, que in Ultima Congre-
gatione discussa non fuerunt. =

4^a Propositio

Et Comprehenderunt Ministri figuram eam in Scriptura, et tulerunt eum ad Iudicem, qui non inuenit
in eo causam. Verumtamen propter petitionem Iudicem flagellavit eum, et malis vexavit eum, et pro-
super Caput eius coronam de spinis. et misit eum ad Crucifigendum, et crucifixus est inter duos latro-
sicut consuetum est ad supplicium; aperuerunt autem pectus eius lancea, et potauerunt eum Mirra et aceto, et
mortem suam dixit: Deus meus, Deus meus, quare dereliquisti me: dixit etiam Consumatum est Mandatum,
que autem tremuit terra tremore magno, et obscuratus est Sol (et tenebunt tenebre) necnon et Luna in Nocte pleni lunij
et tangebantur ad invicem et scissum est Velum templi, et surrexerunt Mortui & Sepulchri. =